

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Religio g  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Religio g:

Amputetis occasionem turpium nundinarum  
quibus existimatio uestra leditur et infirmis  
offendiculum ponitur,

et ostendite hominibus non uos in ocio  
facilem uictum, sed per angustam et  
artam uiam regnum Dei querere.

Augustinus in libro de opere monachorum.

Fons proximus:

Unde et Augustinus dicit,  
in libro *de Operibus Monach.*:  
*Amputetis occasionem turpium nundinarum,*  
*quibus existimatio uestra laeditur et infirmis*  
*offendiculum ponitur:*

*et ostendite hominibus non uos in ocio*  
*facilem uictum, sed per angustam et*  
*arctam uiam regnum Dei quaerere.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda*  
*secundae*, 187.4.5 (P. Caramello ed., p.833).

Fons primus:

nonne calescit cor uestrum intra uos,  
et in meditatione uestra exardescit ignis, ut istorum  
mala opera bonis operibus persequamini, ut eis  
anputetis occasionem turpium nundinarum,  
quibus existimatio uestra laeditur et infirmis  
offendiculum ponitur?  
miseremini ergo et compatimini  
et ostendite hominibus non uos in ocio  
facilem uictum, sed per angustam et  
artam uitam huius propositi regnum dei quaerere.

Augustinus Hipponensis, *De opere monachorum*,  
28.36 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.586, ll.3-10).